



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118596**

§. 13. Dissidia Proestantium in hoc Conventu circa Confessionem  
Augustanam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66624)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1561. factum esset. Alterum erat, an a Protestantibus Concilium adiri, aut omnino recusari expediret.

## §. XIII.

*Diffidia Protestantium in hoc conventu circa Confessionem Augustanam.*

*Acta Naumb.*  
*Conv. apud*  
*Hospin. 1561*  
*p. 280. & seq.* Circa primum articulum statim ingens erat verborum contentio; quippe nonnulli, cum hanc Ecclesiarum dissensionem nullatenus fidei summæ adversam crederent, contendebant, quod omnino tanquam doctrinæ fundamento standum esset Confessioni Augustanæ, præcipue illi, quæ Anno Christi millesimo quingentesimo trigesimo Caroli V. Cæsari porrecta, & rursus eo fine fuit confirmata, ut postea per Electores, aliosque Principes ad Ferdinandum Imperatorem, quem Catholici Protestantibus valde infensum reddebant, transmitteretur: igitur hanc solam postea Ecclesiarum suarum nomine in Synodo proponi, eique ab omnibus subscribi petebant, ne tunc, si singuli suam seorsim fidei professionem exhiberent, majori ludibrio, ac contemptui hujus confessionis focii exponerentur: Tum vero prolatis confessionis præfatæ exemplaribus, diversisque editionibus illam præpripis;

mis, quæ in Augustano conventu, ubi <sup>Sæc. XVI.</sup>  
 pax Imperii sancita est, Georgii Spala- <sup>A.C. 1561.</sup>  
 tini manu conscripta fuerat, Joannes Fri-  
 dericus Saxo-Vinariensis, & Wirtem-  
 bergæ Dux plane cum aliis, ac præci-  
 pue cum prima editione Wirtember-  
 genfi paucis exceptis convenire conten-  
 debant. Verum Palatinus, & Saxoni-  
 cus Electores recentiore quamdam e-  
 ditionem recipi urgebant, eo quod illa  
 non rebus ipsis, sed verborum duntaxat  
 copia, atque interpretationis perspicui-  
 tate circa plures articulos a priori dif-  
 ferret, manibusque complurium tere-  
 retur.

§. XIV.

*Varia hujus Confessionis exemplaria  
 in hoc Conventu exhibita.*

Denique cum omnes ceteri Principes, <sup>Thuan. l. c.</sup>  
 necnon absentium Legati eosdem <sup>Acta Naumb.</sup>  
 articulos, qui Carolo V. Cæsari olim ex- <sup>l. c.</sup>  
 hibiti fuissent, subscribendos censerent,  
 Sacri Romani Imperii Electores huic o-  
 pinioni ea lege adstipulati sunt, ut præ-  
 fatio nova adderetur, in qua posterior  
 quoque illa editio Confessionis, necnon  
 apologia tanquam cum priori consen-  
 tiens approbaretur, simulque quædam  
 loca ad transsubstantiationem alluden-  
 tia amplius explicarentur, ac denique  
 controversiæ circa Sanctissimum Sacra-  
 mentum